



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Murenulæ Sacræ Vestis Sponsæ Regis Æterni  
Vermiculatæ Opus, De Privilegiis Ordinum Regularium**

**Alviset, Virginus**

**Campidonaë, 1673**

Dubium 17. An Regularis approbatus sine licentia sui Prælati validè  
absolvat.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62361](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62361)

Atque hinc explicando Trident. quod Confessarium esse approbandum ab Episcopis.

Respond. non designari ibi pluralitatem approbationum, sed Ministrum approbationis, ut quicumque sit approbatus ab Episcopo cujuscunque Diocesis faciat. Sicut si dicerem, Sacerdotes ordinantur ab Episcopis, non esset sensus, quod plures debeat aliquis ordinari, licet contingat mutare Diocesium, sed quod quis cupit ordinari, debet ordinari ab aliquo Episcopo, & Episcopum esse Ministrum ordinationis. Ad constitutiones verò Urban. V. II. & Innocent. X.

Respond. eas non fuisse promulgatas authenticè extra Italiam, neque etiam sufficienter derogare privilegijs Regularum.

Utraque opinio est probabilis. Imò communis contra se invicem, ut monet Moschad. in persf. Confess. lib. 1. p. 1. tract. 3. quavis ut verum fatear. Sententia mihi prima appareat, secunda verò pluribus secuta.

DUB XVII.

Regularis approbatus sine licentia sui Prælati absolvat validè?

Ad Cap. 5. sect. 3. §. 2.

SUMMARIUM.

Regularis approbatus sine licentia sui Superioris non absolvit validè, contrarium tamen tenet Auctor.

Prælati non habet velle aut nolle.

Admodò intelligendum.

Regular. Confessarius debet presentari Episcopo a suo Superiore.

Idem tamen absolute necessarium, ut ab illo.

4 Episcopus approbat Regularem independenter à suo Superiore.

5 Regular. qui se fecit approbare inscio suo Superiore, potest ab eo puniri.

Palud. in 4. d. 17. q. 3. S. Antonin. in 1 sum. 3. p. III. 17. cap. 7. Portel. y. Confess. approb. in addit. num. 1. Cruz. in epist. privil. lib. 2. cap. 6. & Lam. in meth. p. 1. cap. 7. §. 4. Negativè respondent, & eum nec à Venialibus posse absolvere. Ratio eorum est. Tum quia Monachus non habet velle aut nolle. cap. nullus. & c. quorundam de el. c. in 6. Tum quia in Clem. 3. dudum. de sepul. dicitur, Religiosos esse presentandos Episcopis à suis Superioribus.

Sed hæc doctrina meritò rejicitur à Navar. in man. cap. 4. num. 2. quia actus, per quem Episcopus approbat Religiosum, non habet connexionem necessariam cum voluntate ejus Superioris atque ideo potest poni in esse independenter ab illa. Ad primam autem rationem prioris opinionis. Respond. non esse universaliter verum quòd Monachus non habeat velle aut nolle, sed tantum id verificari quoad ea, ad quæ redditur à jure inhabilis, & incapax volendi verbi gratia circa contractus, ultimas voluntates, & alia ejusmodi, inter quæ non computatur approbatio, & sic qui curavit se approbari sine licentia sui Superioris, validè est approbatus, & validè absolvit, licet pro ratione præsumptionis possit puniri. Ad secundum Respond. esse quidem necessarium ad Confessiones audiendas, ut Confessarius presentetur Episcopo, non tamen, ut à suo Superiore, cum etiam Episcopus possit illum nec se presentantem approbare.

Nn 2 DUB.

REGIA  
CLARIN  
ET  
VENTARIA  
REGYLAS  
ELLARLE  
STOLICE  
C III  
B